RUPERTUS TUITIENSIS. LANFRANCUS CANTUARIENSIS. HIERONYMUS. ETC.
12. Jh. Seite 62r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26274
Copyright: Admont, Benediktinerstift





Lucet namq; lux fidi in tenebris huius mundi. quantum per specu
lum et enigma reuelante deo possumus contueri. Verum hanc
lucem tenebrosa mens tua nequit comprehendere despectis
ceteris putans se solam esse sapientem euanescens cogitationibus suis
stulta facta apud deum. BERNG. Quia ueritatis ini
micus uelit nolit ueritatem asserat. LANTFR. Parum
uideris adtendere quid dicas. tantum ut seruum dei illatis obpro
briis in contemptum adducas. Assertorem ueritatis tam uolen
tem quam nolentem inimicum pariter constituis ueritatis. Quisquis autem
ueritatem asserit aut uolens aut nolens id agit. nichil
in medio potest reperiri. Omnis igitur assertor ueritatis te
auctore inimicus est ueritatis. Sed absit. Ipsa namque ueritas
assertores suos plurimum distanti nomine in euuglio
uocat dicens. Iam non dicam uos seruos sed amicos meos. Et alibi.
Vos amici mei estis. Falsum est igitur assertorem ueritatis tam uolen
tem quam nolentem inimicum constituere ueritatis. BERNG.
Quia sicut goliath. proprio burgundus ense depeat. LANTFR.
Tui moris est alios deprimere te efferre te iactare de te
magna sentire. Te quidem dauid. humbrum uero goliat appellas.
Et quidem rectius te nominasses goliat. quia homo arrogantis
simus es. et ea sentis scribis et loqueris. quibus tu ipse uelut ense
proprio iuguleris. Illum uero dauid qui humiliter [illegible] uixit. [illegible] humi
liter docuit. membrum sancte ecclesie pugnans pro ecclesia. assumens
scutum fidei et gladium spiritus quod est uerbum dei. BERNG. Erat autem
burgundus in sententia immo uecordia uulgi. pascasii.
atque lanffranci. minime super esse inaltari post consecrationem
substantiam panis atque uini. LANTFR. Tempore
sancti leonis pape delata est heresis tua ad apostolicam sedem